

56. GAIUS, lib. 17, ad Edictum provinciale.

An ususfructus nomine actio municipibus dari debeat, quæsitum est: periculum enim esse videbatur, ne perpetuus fieret: quia neque morte, nec facile capitis déminutio perit: qua ratione proprietas inutilis esset futura, semper abscedente ususfructu. Sed tamen placuit dandum esse actionem. Unde sequens dubitatio est, quousque tuendi essent in eo ususfructus municipis? Et placuit, centum⁴² annis tuendos esse municipes⁴³: quia is finis vita longevi hominis est⁴⁴.

57. PAPINIANUS, lib. 7 Responsorum.

Dominus fructarius prædium, quod ei per ususfructum serviebat, legavit, idque prædium aliquandiu possessum legatarius restituere filio, qui causam inoficii testamenti recte pertulerat, coactus est: remansisse fructus jus integrum ex postfacto⁴⁵ apparuit. — § 1. Per fideicommissum fructu prediorum ob alimenta libertis relicto, partium emolummentum ex persona vita decedentium ad dominum proprietatis⁴⁶ revertit.

58. SCÆVOLA, lib. 5 Responsorum.

Defuncta fructaria mense decembri, jam omnibus fructibus, qui in his agris nascuntur, mense octobri per colonus sublati: quæsitum est, utrum pensio heredi fructaria solvi debet: quamvis fructaria ante kalendas Martias, quibus pensiones inferri debent, decesserit: an dividii debet inter heredem fructariam, et rempublicam, cui proprietas legata est? Respondi, rempublicam quidem cum colono nullam actionem habere: fructaria vero heredem sua die, secundum ea, que proponerentur, integrum pensionem percepturam. — § 1. Sempronio do lego ex redactu fructuum, oleris, et porriæ, que habeo in agro farrariorum, partem sextam: queritur, an his verbis ususfructus legatus videatur? Respondi, non ususfructus, sed ex eo, quod redactum esset, partem legatam. Item quæsitum est, si ususfructus non esset, an quattuor partem sextam redactam legaverit? Respondi, quotannis videri relictum: nisi contrarium specialiter ab herede approbetur.

59. PAULUS, lib. 3 Sententiarum.

Arbores vi tempestatis, non culpa fructarii, eversas, ab eo substitui non placet. — § 1. Quidquid in fundo nascitur, [vel] quidquid inde precipitur, ad fructarium pertinet⁴⁷: pensiones quoque jam antea locatorum agrorum, si ipse quoque specialiter comprehensæ sint. Sed ad exemplum venditionis⁴⁸, nisi fuerint specialiter exceptæ, potest ususfructarius conductorem repellere. — § 2. Casæ arundinis vel pali compendium, si⁴⁹ in eo [quoque] fundi vestigia esse consuevit, ad fructarium pertinet.

60. Idem, lib. 5 Sententiarum.

Cujuscumque fundi ususfructarius prohibitus, aut dejectus, de restituitione omnium rerum similium occupatarum agit⁵⁰: sed et si, medio tempore, alio casu interciderit ususfructus, æque de perceptis antea fructibus utilis actio tribuitur. — § 1. Si fundus, cuius ususfructus petitur, non a domino possideatur, actio redditus⁵¹. Et idea si de fundi proprietate inter duos quæsitum sit, fructarius nihilominus in possessione esse debet, satisque ei a possessore cavendum⁵² est, quod non sit prohibitus fructus frui eum, cui ususfructus relicitus est, quamdui de jure suo probet. Sed, si ipsi ususfructario quæsto moveatur, interim ususfructus ejus offertur: sed caveri de restituendo eo, quod ex his fructibus percepturus est, vel si satis non detur, ipso frui permititur.

61. NERATIUS, lib. 2 Responsorum.

Ususfructarius novum rivum⁵³ parietibus non potest imponere: adiuvium inchoatum, fructuarium consummare non posse, placet; etiam si eo loco alter uti non possit: sed nec ejus quidem ususfructum esse: nisi in constitudo vel legando ususfructus hoc specialiter adjectum sit, ut utrumque ei licet.

62. TRYPHONINUS, lib. 7 Disputationum.

Ususfructuarium venari⁵⁴ in salibus vel montibus possessionis, probe dicuntur: nec aprum, aut cervum, quem cepit, proprium domini capit: sed fructus aut jure (civil), aut gentium⁵⁵ suo facit. — § 1. Si vivaris inclusæ fera in ea possessione custodiebantur, quando ususfructus cepit, num exercere eas fructarius possit, occidere non possit? alias si quæ initio incluserit operi suis, vel [post] sibi metu ipse inciderint, delapsæ fuerint, haec fructarii juris sint? commodissime tamen, ne per singula animalia facultati fructarius propter discretionem difficultem, ius incertum.

42. L. 8, infr. de usu et ususfr. legat. Obst. L. 68, in fin. pr. infr. ad leg. Falcid. — Excep. L. 21, infr. quib. mod. ususfr. amitt. — 44. L. 25, vers. et nobis. C. de sacrosanct. — 45. L. 24, in fin. pr. supr. eod. — 58. Inno vide L. 20, in fin. de damno infect. — 59. Add. L. 46, in fin. supr. h. t. — 60. L. 23, in fin. pr. supr. eod. — 61. 2, Inst. L. 2, L. 9, C. eod. — 62. L. 28, in fin. supr. h. t. — 63. L. 9, supr. h. t. — 48. L. 9, C. de locato. — 49. L. 9, 2, ult. supr. h. t. — 50. L. 5, 2, pen. L. 10, inf. de vi et vi armat. — 51. L. 5, 2, ult. supr. h. t. — 52. L. 7, inf. quib. mod. ususfr. amitt. — 67. L. 56, in pr. supr. h. t.; L. 23, L. 24, in pr. infr. quib. mod. ususfr. amitt. — 53. L. 44, supr. h. t. — 54. L. 9, 2, supr. eod. vide tamén L. 26, infr. ususfr. amitt.

tum sit, sufficit eundem numerum per singula quoque genera ferarum, finito ususfructu, domino proprietatis adsignare, qui fuit cepti ususfructus tempore.

63. PAULUS, lib. singulari de Jure singulari.

Quod nostrum non est, transferemus ad alios: veluti is⁵⁶, qui fundum habet, quamquam usumfructum non habeat, tamen usumfructum cedere dandum esse actionem. Unde sequens dubitatio est, quousque tuendi essent in eo ususfructus municipis? Et placuit, centum⁴² annis tuendos esse municipes⁴³: quia is finis vita longevi hominis est⁴⁴.

64. ULPIANUS, lib. 31, ad Edictum.

Cum fructarius, paratus est usumfructum derelinquere⁵⁷, non est condens domum reficere, in quibus casibus [et] ususfructu hoc onus incumbit. Sed et post acceptum contra eum judicium, paratus fructuario derelinquere usumfructum, dicendum est absolví eum debere a judece.

65. POMPONIUS, lib. 5, ex Plautio.

Sed cum fructarius debet, quod suo suorum factu deterius facit, reficere, non est absolvendus, licet usumfructum derelinquere paratus sit: debet⁵⁸ enim omne, quod diligens paterfamilias in sua domo facit, et ipse facere. — § 4. Non magis heres reficere debet, quod vetustate jam deterius factum reliquisset testator, quam⁵⁹ si proprietatem alicui testator legasset.

66. PAULUS, lib. 47, ad Edictum.

[Cum] ususfructario non solum legis Aquiliae actio competere potest: sed et servi corrupti, et injuriarum, si servum torquendo⁶⁰, deteriore fecerit.

67. JULIANUS, lib. 4, ex Minicio.

Cui ususfructus⁶¹ legatus est, etiam invito herede eum extraneo vendere potest.

68. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Vetus fuit quæsto, an partus ad fructuarium pertinet? Sed Bruti sententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere: neque⁶² enim in fructu hominis homo esse potest: hac ratione, nec usumfructum in eo fructarius habebit. Quid tamen si fuerit etiam partus ususfructus relictus, an habeat in eo usumfructum? Et cum possit partus legari, poterit et ususfructus ejus. — § 1. Fœtus tamen pecorum Sabinus et Cassius opinati sunt ad fructuarium pertinere⁶³. — § 2. Plane, si gregis vel armenti sit ususfructus legatus, debet⁶⁴ ex adgnatis gregem suppleri; id est, in locum capitum defunctorum,

69. POMPONIUS, lib. 5, ad Sabinum.

Vel inutilem, alia summittere: ut, post substituta, fiant propria fructuariorum, ne lucro ea res cedat domino. Et sic substituta statim dominum fiant, ita priora quoque, ex natura fructus desinunt ejus esse. Nam aliquin, quod nascitur, fructuarium est: et, cum substitutus, desinunt ejus esse.

70. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Vel inutilem, alia summittere: ut, post substituta, fiant propria fructuariorum, et postea amissus, nihilominus jus ad crescendi adlittere, alterum ex sociis usumfructum, non ad Titum, sed ad solum socium pertinere debere, quasi solum conjunctum. Quae sententia vera est: nam, quādū vel unus uitio, potest dici usumfructum in suo statu esse. Idem est, si duobus conjunctim, et alteri separatis ususfructus sit relictus, et utrique domino adquisitus, an altero repudiante, vel amittente usumfructum, alter totum habeat? et putat ad alterum pertinere⁶⁵: et licet dominis ususfructus non aequis partibus, sed pro dominicis adquiratur, tamen persona ejus, non dominorum, inspecta, ad alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere.

— § 2. Idem ait, et si communis servus, et separatis Titio ususfructus legatus sit, amissus ab altero ex sociis usumfructum, non ad Titum, sed ad solum socium pertinere debere, quasi solum conjunctum. Quae sententia vera est: nam, quādū vel unus uitio, potest dici usumfructum in suo statu esse. Idem est, si duobus conjunctim, et alteri separatis ususfructus sit relictus. — § 3. Interdum tamen, et si non sunt conjuncti, tamen ususfructus legatus alteri ad crescere: utputa si multi fundi ususfructus separatis totius, et tibi similiiter fuerit relictus. Nam (ut [et] Celsus lib. 18 Digestorum, et Julianus lib. 53 scribit) concursus partes habemus⁶⁶. Quod et in proprietate continget: nam altero repudiante, alter [totum] fundum haberet. Sed in ususfructu hoc plus est: quia et constitutus, et postea amissus, nihilominus jus ad crescendi adlittere. Omnes enim auctores apud Plautum de hoc consenserunt: et (ut Celsus, et Julianus eleganter aiunt) ususfructus cotidie constitutus et legatur: non, ut proprietas, eo solo tempore, quo vindicatur. Cum prius itaque non inventet alterum eum, qui sibi concurrat, solus utetur in totum, nec refert, conjunctim, an separatis⁶⁷ relinquitur. — § 4. Idem Julianus lib. 53 Digestorum scripsit. Si duobus hereditibus institutis deducto ususfructu, proprietas legetur, jus ad crescendi heredes non habere: nam videri ususfructus constitutus, non per concursus divisum.

2. AFRICANUS, lib. 5 Questionum.

Ideoque amissa pars ususfructus ad legatarium, eundemque proprietatum redibit.

3. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Idem Neratius putat, cessare jus ad crescendi, lib. 1 Responsorum: cui sententia congruit ratio Celsi dicentis, totiens⁶⁸ jus ad crescendi esse, quotiens in duobus, qui in solidum habuerunt, concursu divisus est. — § 1. Unde Celsus lib. 18 scribit, si duo fundi domini, deducto ususfructu, proprietatem tradierint, uter eorum amiserit usumfructum, ad proprietatem redire: sed non ad totum: sed cujusque usumfructum ei parti accedere, quam ipse tradiderit: ad eam enim partem redire debet, a qua initio divisus est. — § 2. Non solum autem, si duobus ususfructus legatur, est jus ad crescendi, verum⁶⁹ et si alteri ususfructus, alteri fundus legatus est: nam, amittente usumfructum altero, cui erat legatus, magis jure ad crescendi alterum pertinet, quam redit ad proprietatem. Nec novum: nam, et si duobus ususfructus legetur, et apud alterum sit consolidatus, jus ad crescendi non perit, neque ei, apud quem consolidatus est, neque ab eo: et ipse, quibus modis amitteret ante consolidationem,

42. L. 8, infr. de usu et ususfr. legat. Obst. L. 68, in fin. pr. infr. ad leg. Falcid. — Excep. L. 21, infr. quib. mod. ususfr. amitt. — 44. L. 25, vers. et nobis. C. de sacrosanct. — 45. L. 24, in fin. pr. supr. eod. — 58. Inno vide L. 20, in fin. de damno infect. — 59. Add. L. 46, in fin. supr. h. t. — 60. L. 23, in fin. pr. supr. eod. — 61. 2, Inst. L. 2, L. 9, C. eod. — 62. L. 28, in fin. supr. h. t. — 63. L. 9, supr. h. t. — 48. L. 9, C. de locato. — 49. L. 9, 2, ult. supr. h. t. — 50. L. 5, 2, pen. L. 10, inf. de vi et vi armat. — 51. L. 5, 2, ult. supr. h. t. — 52. L. 7, inf. quib. mod. ususfr. amitt. — 67. L. 56, in pr. supr. h. t.; L. 23, L. 24, in pr. infr. quib. mod. ususfr. amitt.

qui fruatur et utitur, tamen semel cedit dies²: aliter atque si cui in menses, vel [in] dies, vel [in] annos singulos quid legetur: tunc enim per dies singulos, vel menses vel annos dies legati cedit. Unde queri potest, si ususfructus cui per dies singulos legetur, vel in annos singulos, an semel cedat? Et puto, non cedere simul, sed per tempora adiecta, ut plura legata sint. Et ita lib. 4 Digestorum Marcellus probat in eo, cui alterius diebus ususfructus legatus est. — § 4. Et ideo, si [is] fructus legatus sit, qui cotidie percipi non potest, non erit inutile legatum: sed dies habentum legatum, quibus frui potest. — § 2. Dies autem ususfructus, item usus, non prius cedet, quam hereditas aedatur: tunc enim constituitus ususfructus, cum quis jam frui potest. Hac ratione et si servo hereditario³ ususfructus legetur, Julianus scribit, quamvis extera legata hereditati adquirantur, in usufructu tamen personam domini expectari, qui uti et frui possit. — § 3. Item si ex die ususfructus legetur, dies ejus nondum cedet, nisi cum dies venit⁴: posse enim ususfructum ex⁵ die legari, et in diem, constat. — § 4. Non solum autem ususfructus ante aditam hereditatem, dies non cedit, sed nec actio de usufructu. Idemque, et si ex die fuerit legatus ususfructus. Denique Scevola ait, agentem ante diem ususfructus, nihil facere; quamvis alias, qui ante diem agit, male agit⁶.

TIT. IV.

QUIBUS MODIS USUSFRUCTUS VEL USUS AMITTITUR.

1. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Non solum ususfructum amitti capitis minutiōne¹ constat, sed et actionem de usufructu. Et parvi refert, utrum jure sit constitutus ususfructus, an vero tutione² pratoris: proinde traditus quoque ususfructus: item in fundo vectigali, vel superficie, [non] jure constitutus, capitis minutiōne amittitur. — § 1. Sed ita demum amittitur capitis diminutio ususfructus, si jam constitutus est: ceterum, si ante aditam hereditatem, aut ante diem cedentem quis capite minutus est, constat non amitti. — § 2. Si tibi fundus ex die legatus est, et ususfructum mihi rogatus est, restituere, videndum erit, si capite minutus fuerit intra diem legato tuo insertum, ne forte salvis sit mihi ususfructus: quasi ante diem cedentem, capitis minutio interveniat? quod benigne dici poterit. — § 5. Usque adeo autem capitis³ minutio eum demum ususfructum perimit, qui jam constitutus est, ut si in singulos annos, vel menses vel dies legatus sit, is demum amittitur, qui jam processit: et si forte in annos singulos legatus est, illius duntaxat anni ususfructus amittetur: et si in menses, ejus mensis: si in dies, ejus diek.

2. PAPINIANUS, lib. 17 Quæstionum.

Si duobus separatis, alternis annis⁴, ususfructus relinquatur, continuis annis proprietas nuda est: cum si legatarium unum substitutas, cui alternis annis legatus sit ususfructus, plena sit apud heredem proprietatis eo tempore, quo jus fruendi legatario non est. Quod si ex duobus illis alter decadet, per vices temporum plena proprietatis erit. Neque enim ad crescere alteri quicquam potest: quoniam propria quicunque tempora, non concurrente altero, fructus integrus habuit. — § 1. Si non moris⁵, sed capitis diminutio intercesserit, quia plura legata sunt, illius anni tantum, si modo jus fruendi habuit, fructus amissus erit. Quod et in uno legatario, qui fructus in singulos annos accepit, defendendum est: ut commemoratio temporum, repetitione potestatem habeat. — § 2. Cum singulis fructus alternis annis legatur, si consentiant⁶ in eundem annum, impediuntur: quod non id actum videtur, ut concurrent. Multum etenim refert, duobus simul alternis annis legetur (quod sane ultra primum annum procedere non poterit, non magis, quam si uni legatus ita fuisset), an singulis alternis annis: nam si concurrent volunt, aut impediunt invicem propter voluntatem, aut, si ea non refragabuntur, singulorum annorum fructus vacabit.

3. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Sicut in annos singulos ususfructus legari potest, ita et capitis minutiōne amissus legari potest: ut adjiciatur, quoties quis capite minutus erit, ei lego: vel sic, quoties amissus erit: et tunc, si capitis minutiōne amittatur, repetitus⁷ videbitur. Unde tractatum est, si cui quam-

² L. 213, in pr. inf. de verb. sign. — 3. L. 10, inf. quando dies legator. — 4. L. 2, inf. d. t. add. L. un. § 6, C. de aduc. tollend. — 5. L. 18, inf. tit. prox. — 6. L. 2 et 3, inf. quodquo dies legator. — 7. L. 4, supr. de usufr. — 8. Excip. L. 14, in pr. inf. de pignor. et hypoth. — 9. L. 1, § 6, inf. de eo quod certo loco.
Tr. IV. — 4. L. 10, C. de usufr. L. 6, in fin. supr. de usufr. aduers. § 5, Inst. de usufr. — 2. L. 1, Inst. de adquis. per arrog. — 2. L. 9, § 1, inf. usufr. quemadmodum caveat. — 3. In pr. supr. fin. — 4. L. 31, in pr. supr. de usufr. — 5. L. 5, in pr. inf. h. t. — 6. L. 34, supr. de usufr. — 7. L. 34, in fin. inf. de legat. — 7. L. 35, inf. de usufr. — 8. L. 39, inf. de

diu vivat, ususfructus legatus sit, an videatur repetitus, quotiens amissus est. Quod et Mæcianus tentat. Et puto repetitum videri. Quare, si usque ad tempus sit legatus, ut puta usque ad decennium, idem erit dicendum. — § 1. Hæc autem repetitio, quæ fit post amissum capitis minutiōne ususfructum, quæratur, an [et] jus ad crescendi secum [saluum] habeat: ut puta, Titus et Mæcio ususfructus legatus est: et si Titius capite minutus esset, eidem ususfructum legavit: quæsum est, si Titius ex repetitione ususfructum haberet, an inter eos jus ad crescendū saluum esset? Et Papinianus lib. 17 Quæstionum scribit, saluum esse, perinde ac si alijs esset Titio in usufructu substitutus: hoc enim, tametsi non verbis, re tamen conjunctos videri. — § 2. Idem Papinianus querit, si Titio et Mæcio usufructu legato, in repetitione ususfructus non totum, sed partem Titio relegasset: an videarentur conjuncti? Et ait, si quidem Titius amiserit, totum socio ad crescere: quod si Mæcius amiserit, non totum ad crescere, sed partem ad eum, partem ad proprietatem redire: quæ sentientia habet rationem. Neque [enim] potest dici, eo momento, quo quis amittit ususfructum, et resumit, etiam ipsi quicquam ex usufructu ad crescere: placet enim nobis, ei qui amittit ususfructum, ex eo quod amittit, nihil ad crescere. — § 5. Morte⁸ quoque amittit ususfructum, non recipit dubitationem: cum jus fruendi morte extinguitur: sicuti si quid aliud, [quod] personæ cohæret.

4. MARCIANUS, lib. 5 Institutionum.

Si legatum ususfructum legatarius alijs restituere rogatus est, id agere prator debet, ut ex fideicommissarii⁹ persona magis quam ex legatarii, preter ususfructus.

5. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Repeti¹⁰ potest [legatus] ususfructus amissus qualcumque ratione: dummodo¹¹ non morte: nisi forte hereditibus legaverit. — § 1. Si quis ususfructum solum¹² servi alienaverit, per quem ususfructus ei acquisitus est, dubium non est, quin ususfructus per eum adquisitus retineatur. — § 2. Rei mutatione¹³ interire ususfructum, placet: velut, ususfructus mihi aedium legatus est, ades corruerunt, vel exstis sunt: sine dubio extinguitur¹⁴. An et area? Certissimum est, exstis aedibus, nec¹⁵ area¹⁶, nec cementorum ususfructum deberi. Et ita [et] Julianus. — § 5. Si area sit ususfructus legatus, et in ea adificium sit positum, rem mulari¹⁷, et ususfructum extinguit, constat. Plane si proprietarius hoc fecit, ex testamento, vel de dolo tenebitur¹⁸.

6. POMPONIUS, lib. 5, ad Sabinum.

Sed et interdictum quod vi aut clam usufructuario competit.

7. JULIANUS, lib. 53 Digestorum.

Nisi, sublatu adiicio, ususfructum area [mihi] cesserit: tempore scilicet, quo ususfructus perit, transacto.

8. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Fundi usufructu legato, si villa diruta sit, ususfructus non extinguitur (qua villa fundi accessio est¹⁹): non magis, quam si arbores deciderint.

9. PAULUS, lib. 5, ad Sabinum.

Sed et eo quoque solo, in quo fuit villa, uti frui potero.

10. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Quid tamen, si fundus villa fuit accessio? Videamus, ne etiam fundi usufructus extinguitur: et idem dicendum est, ut non extinguitur. — § 1. Non tantum, si aedes ad aream²⁰ redacta sunt, ususfructus extinguitur, verum etiam, si demoliti aedibus, testator alias novas restituerit. Plane, si per²¹ partes reficiat, licet omnis nova facta sit, aliud erit nos dicendum. — § 2. Agri vel loci usufructus legatus, si fuerit inundatus²², ut stagnum jam sit, aut palus, proculdubio extinguitur. — § 3. Sed et si stagni usufructus legetur, et exaruerit sic, ut ager sit factus, mutata re, usufructus extinguitur. — § 4. Non tamen, si arvi usufructus legetur, et ibi vineæ sint positæ, vel contra, puto extinguitur. Certe, sylva usufructu legato, si sylva casa illuc sationes fuerint factæ, sine dubio usufructus extinguitur. — § 5. Si massæ usufructus legetur, et ex ea vasa sint facta, vel contra, Cassius apud Urseum scribit, interire usufructum: quam sentientiam puto veram. — § 6. Proinde et ornamentum dissolutum, aut transfiguratum, extinguit usufructum. — § 7. In navis quoque usufructu Sabinus scribit, si quidem per partes²³ refecta

legata. — 9. L. 8, inf. de annuis legat.; L. 29, inf. de uso et usufr. legat.; L. 5, in pr. L. 20, L. 12, L. 16, C. 25, Inst. de usufr. — 10. L. 29, in fin. inf. b. t. — 11. L. 5, supr. eod. L. 25, inf. de uso et usufr. legat. — 12. L. 2, § 1, supr. de usufr. — 13. Add. L. 15, C. de usufr. hypotes. — 9. L. 1, § 6, inf. de eo quod certo loco.
Tr. IV. — 4. L. 10, C. de usufr. L. 6, in fin. supr. de usufr. aduers. § 5, Inst. de usufr. — 2. L. 1, Inst. de adquis. per arrog. — 2. L. 9, § 1, inf. usufr. quemadmodum caveat. — 3. In pr. supr. fin. — 4. L. 31, in pr. supr. de usufr. — 5. L. 5, in pr. inf. h. t. — 6. L. 34, supr. de usufr. — 7. L. 34, in fin. inf. de legat. — 7. L. 35, inf. de usufr. — 8. L. 39, inf. de

sit, usumfructum non interire: si autem dissoluta²⁴ sit, licet iisdem tabulis, nulla præterea adjecta, restaurata sit, usumfructum extinctum: quam sentientiam puto veriore. Nam et si dominus fuerit restituta, ususfructus extinguitur. — § 8. Quadrige²⁵ usufructu legato, si unus ex equis decesserit, an extinguitur usufructus, queritur? Ego puto, multum interesse, equorum, an quadrige²⁶ usufructus sit legatus: nam, si equorum, supererit in residuis²⁷: si quadrige²⁸, non remanebit, quoniam quadrige esse desiit:

11. PAULUS, lib. 5, ad Sabinum.

Nisi alijs ante diem legati cedentem substitutus sit.

12. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Si cui balinei²⁹ usufructus legatus sit, et testator habitationem hoc fecerit, vel in tabernæ, et diætam fecerit: dicendum est, usumfructum extinctum. — § 1. Proinde et si histrionis reliquerit³⁰ usufructum, et eum ad³¹ aliud ministerium transtulerit, extinctum esse usufructum, dicendum erit.

13. PAULUS, lib. 5, ad Sabinum.

Si fructarius messm fecit, et decessit, stipulam, quæ in messe jacet, hereditis eius esse Labeo ait: spicam, que terra teneatur, domini fundi esse³²: fructumque percipi, spica aut feno caso, aut uva adempta, aut excusa olea: quamvis nondum tritum frumentum, aut oleum factum, vel vendemia coacta sit. Sed, ut verum est, quod de olea excussa scripsit, ita aliter observandum de ea olea, quæ per se deciderit. Julianus ait, fructarius fructus tunc fieri, cum eos percepit: bona fide autem possessoris, mox, quoniam a solo separari sint³³.

14. POMPONIUS, lib. 5, ad Sabinum.

Excepta capitis minutiōne, vel morte³⁴, reliqua causa vel pro³⁵ parte interitum usufructus recipiunt.

15. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Interdum³⁶ proprietarius ad libertatem perduet; si forte usufructus fuerit tamdiu legatus, quamdiu manumittatur: nam incipiente proprietario manumittere, extinguitur usufructus.

16. IDEM, lib. 5 Disputationum.

Si sub conditione mihi legatus sit usufructus, medio tempore sit penes hereditem, potest heres usufructum alii legare: que res facit, ut, si conditio extiterit meli legati, usufructus ab herede relictus finiatur. Quod si ego usufructum amiseris, non revertetur ad legatarios, cui ab herede pure legatus fuerat: quia ex diversis testamentis jus conjunctionis non contingit.

17. JULIANUS, lib. 53 Digestorum.

Si tibi fundi usufructus pure, proprietatis autem sub conditione Titio legata fuerit, pendente conditione, dominium proprietatis adquisieris, deinde conditio extiterit, pleno jure fundum Titius habebit: neque intertem, quod detrahe usufructu, proprietatis legata sit: dum enim proprietatem adquiris, ju omne legati usufructus amisiisti³⁷.

18. POMPONIUS, lib. 5, ad Sabinum.

Si servo hereditario ante aditam hereditatem legatus usufructus fuisse, magis placet, adita hereditate, eum usufructum ad te transire: nec interire, quasi mutato dominio: quia nec dies ante³⁸ cesserit, quam tu heres extiteris.

19. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Neque usufructus, neque iter, actusve dominii mutatione³⁹ amittitur.

20. PAULUS, lib. 15, ad Plautum.

Is, qui usufructum habet, si tantum utatur, quia existimet se usum tantum habere, an usufructum retineat? et, si quidem sciens se usufructum habere, tantum uti velit, nihilominus et frui videtur: si vero ignoret, puto eum amittere fructum: non enim [ex] eo, quod habet, utilitur, sed [ex] eo, quod putavit se habere.

21. MODESTINUS, lib. 5 Differentiarum.

Si usufructus civitati legetur, et aratrum in eam inducatur, civitas

25. L. 88, § 2, inf. de legat. — 26. L. 11, inf. b. t.; L. 65, § 1, inf. de legat. — 27. L. 65, § 2, inf. de legat. — 28. L. 8, in fin. inf. de annuis legat. — 29. L. 1, inf. de legat. — 30. L. 2, § 1; L. 5, in pr. supr. h. t. — 31. L. 25, inf. eod. — 32. L. 1, C. commun. de manumiss. — 33. L. 4, inf. usufr. legat. — 34. L. 17, § 2, inf. de usufr. — 35. L. 1, § 2, supr. tit. prox.; L. 26, inf. de aliquo servor. — 36. L. 5, § 2, supr. de usufr. — 37. L. 49, in pr. inf. de legat. — 38. L. ult. in pr. inf. de usufr. et usucap.; L. 5, C. de seruit. — 39. L. 5, § 2; L. 10, § 2, supr. h. t. —

esse desinit, ut passa est Carthago: ideoque, quasi morte desinit habere usufructum.

22. POMPONIUS, lib. 6, ad Quintum Mucium.

DIGESTORUM LIB. VII, TIT. V.

TIT. V.

DE USUFRUCTU EARUM RERUM, QUAE USU CONSUMUNTUR,
VEL MINUUNTUR.

1. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Senatus censuit¹, Ut omnium rerum, quas in cuiusque patrimonio esse constaret, ususfructus² legari possit: quo senatusconsulto inducunt videtur, ut earum rerum, quae usu tolluntur, vel minuantur, possit ususfructus legari.

2. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Sed de pecunia recte caver³ oportet his, a quibus ejus pecuniae ususfructus legatus erit. — § 1. Quo senatusconsulto non id effectum est, ut pecuniae ususfructus proprie esset: nec enim naturalis ratio⁴ autoritate senatus commutari potuit: sed, remedio introducto, cepit quasi⁵ ususfructus haberet.

3. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Post quod omnium⁶ rerum ususfructus legari poterit. An et nominum? Nerva negavit: sed est verius, quod Cassius et Proculus existimant, posse legari. Idem tamen Nerva, ipsi quoque debitori posse ususfructum legari scribit, et remittendas ei usuras.

4. PAULUS, lib. 1, ad Neratium.

Ergo cautio etiam ab hoc exigenda erit.

5. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Hoc senatusconsultum non solum ad eum pertinet, qui pecuniae ususfructum, vel ceterarum rerum, quas habuit, legavit, verum et si fuerint alienae. — § 1. Si pecunia sit ususfructus legatus, vel aliarum rerum, quae in abuso consistunt, nec cautio interveniat, videndum, finito ususfructu, an pecunia, qua data sit, vel cetera res, quae in assumptione sunt, condici possint? Sed, si quidem, adhuc constante ususfructu, cautionem quis velit condicere, dici potest, omissam⁷ cautionem possedendi⁸ incerti conditione: sed, [si] finito ususfructu, ipsam quantitatem. Sabinus putat posse condici: quam sententiam et Celsus lib. 18 Digestorum probat: qua mihi non inarguta videtur. — § 2. Quae in ususfructu pecuniae diximus, vel ceterarum rerum, quae sunt in abuso, eadem et in usu dicenda sunt: nam idem continere usum pecuniae⁹, et ususfructum, [et] Julianus scribit, et Pomponius lib. 8 de Stipulationibus.

6. JULIANUS, lib. 33 Digestorum.

Si tibi decem [milia] legata fuerint, mihi corundem decem [milium] ususfructus, fient quidem tua tota decem [milia], sed mihi quinque numerari debent: ita ut tibi caveam, tempore mortis meae aut capit¹⁰ diminutionis restituiri. Nam et si fundus tibi legatus fuisset, et mihi ejusdem fundi ususfructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem, sed partem cum ususfructu, partem sine ususfructu: et non heredi, sed tibi¹¹ caverem boni viri arbitratur. — § 1. Sed si duobus corundem decem [milium] ususfructus legatus fuerit, quina [milia] accipient, et invicem [et] heredi satisdabunt.

7. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Si vini, olei, frumenti ususfructus legatus erit, proprietas ad legatum transferri debet: et ab eo cautio desideranda est: ut, quandoque is mortuus aut¹² capite diminutus sit, ejusdem qualitatis res restituatur: aut, estimatis¹³ rebus, certa pecuniae nomine cavendum est: quod et commodius est. Idem scilicet de ceteris quoque rebus, quae usu continentur, intelligimus.

8. PAPINIANUS, lib. 17 Quæstionum.

Tribus hereditibus institutis, ususfructum quindecim milium Titio legavit, et duos ex hereditibus jussit pro legatario satisdare: placebat, utile esse cautionis quoque legatum: nec refragari senatusconsultum: quia cautio non impediret: et esse alterum legatum velut certi, alterum incerti: ususfructus itaque nomine partem pecuniae petendam ab eo, qui satis accepit a coherede, incertique cum eodem agendum, si satis non dedisset: eum vero, qui satis præstavit, ac propter moram coheredis satis non accepit, neque fructus nomine interim teneri propter senatusconsultum, neque actione incerti, quia coheredi satisdedit. Illud etiam nobis placet, legatarium cogendum promittere. Finito autem ususfructu,

Tr. V.—1. L. 1, inf. de usu et ususfr. legat.—2. 2, Inst. de usu.—3. L. 9, L. 10, inf. h. t.—4. L. 8, supr. de capite minut. add. L. 8, inf. de reg. jur.—5. 2 2, in fin. Inst. de usufr.—6. L. 29, supr. d. t.: L. 69, inf. ad leg. Falcid.—7. L. 7, in pr. inf. ususfr. quemadmodum, eam. caveat.—8. Immo vide L. 69, 2 3, vers. quod si cautio, inf. de legat. 2.—9. L. 10, 2 1, inf. h. t.—10. L. 8, inf. ususfr. quemadmodum, caveat.—11. L. 9, inf. h. t.—12. 2 2, vers. cetera quoque Inst. de usufr.—13. L. 7, in fin. inf. ususfr. quemadmodum, caveat.—14. Add. 2 2, in supr. quib. mod. ususfr. amitt. —15. L. 5, in fin. supr. h. t. add. L. 22, in pr. inf. de

si coheredes ex causa fidejussoria convenientur, eos mandati non acturos: non enim suscepisse mandatum, sed voluntati paruisse: denique cautionis legato liberatos. De illo nec diu tractandum fuit, secundum legatum, id est, cautionis, non heredum videri, sed ejus cui pecuniae ususfructus relictus est: cuique testator prospicere voluit, et cuius interesse credidit, fidejussores non suo periculo querere.

9. PAULUS, lib. 1, ad Neratium.

In stipulatione de reddendo ususfructu pecuniae, duo soli¹⁵ casus in terponuntur, mortis¹⁴, et capit¹⁵ diminutionis:

10. ULPIANUS, lib. 79, ad Edictum.

Quoniam pecuniae usus alteri amitti non potest, quam his casibus. — § 1. Si usus tantum pecuniae legatus sit, quia in¹⁶ hac specie usus appellatione etiam fructum¹⁶ contineri, magis accipendum est, stipulatio ista erit interponenda. Et quidam aiunt, non ante hanc interponi stipulationem, quam data fuerit pecunia: ego autem puto, sive ante¹⁷ sive postea [ea] pecunia data sit, tenere stipulationem.

11. Idem, lib. 18, ad Sabinum.

Si lanae alicui legatus sit ususfructus, vel odorum, vel aromatum, nullus videtur ususfructus in istis iure constitutus: sed ad senatusconsultum erit descendendum, quod de cautione eorum loquitur.

12. MARCIANUS, lib. 7 Institutionum.

Cum pecunia erat relata Titio, ita, ut post mortem legatarii ad Meum redire: quanquam adscriptum sit, ut usum ejus Titius haberet, proprietatem¹⁸ tamen ei legatam: et usus mentionem factam, quia erat restituenda ab eo pecunia post mortem ejus, divi Severus et Antoninus rescripsierunt.

TIT. VI.

SI USUFRUCTUS PETETUR, VEL AD ALIUM PERTINERE NEGETUR.

1. PAULUS, lib. 18, ad Sabinum.

Si fundo fructuarium servitus debeatur, Marcellus lib. 8 apud Julianum, Labeonis et Nervæ sententiam probat, existimatum servitum quidem eum vendicare non¹⁹ posse, verum²⁰ ususfructum vindicaturum: ac per hoc vicinum, si non patiatur eum ire, [et] agere, teneri ei, quasi non patiatur ut frui. — § 1. Ususfructus legatus adminiculis²⁰ eget, sine quibus utl frui quis non potest: et ideo, si ususfructus legatur, necesse est tamen, ut sequeatur eum aditus: usque adeo, ut si quis ususfructum loci leget ita, ne heres cogatur viam prestat²¹, inutiliter hoc adjectum videatur. Item si, ususfructus legato, iter ademptum sit, inutilis est ademptio: quia semper sequitur ususfructum. — § 2. Sed si ususfructus sit legatus, ad quem aditus non est per hereditarium fundum, ex testamento utique agendo, fructuarium consequetur, ut cum aditus sibi præstetur ususfructus. — § 3. Utrum autem aditus tantum et iter, an vero et via debeat fructuarium, legato ei ususfructu, Pomponius lib. 5 dubitat. Et recte putat, prout ususfructus perceptio desiderat, hoc ei præstandum. — § 4. Sed an et alias utilitates et servitutes ei heres præstare debeat, puta lumen, et aquarum, an vero non? Et puto, eas solas²² præstare compellendum, sine quibus omnino uti non potest: sed, si cum aliquo incommode utatur, non esse præstantur.

2. POMPONIUS, lib. 5, ad Sabinum.

Si alii herede, ex testamento, fundi ususfructus petitus sit, qui arbores dejectisset, aut adficium demolitus esset, aut aliquo modo deteriore ususfructum fecisset, aut servitutes imponendo²³, aut vicinorum predia liberando; ad judicis religionem pertinet, ut inspiciat, qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit, ut ususfructuario hoc, quod interest, ab eo servetur.

3. JULIANUS, lib. 7 Digestorum.

Qui ususfructum tradidit sibi ex causa fideicommissi desiit in usu habere tanto tempore²⁴, quanto, si legitime ejus factus esset, amissurus eum fuerit, actionem ad restituendum eum habere non debet: est enim absurdum, plus juris habere eos, qui possessionem dumtaxat ususfructus, non etiam dominum adepti sint.

4. PAULUS, lib. 1, ad Edictum.

Qui ususfructum tradidit sibi ex causa fideicommissi desiit in usu habere tanto tempore²⁴, quanto, si legitime ejus factus esset, amissurus eum fuerit, actionem ad restituendum eum habere non debet: est enim absurdum, plus juris habere eos, qui possessionem dumtaxat ususfructus, non etiam dominum adepti sint.

DIGESTORUM LIB. VII, TIT. VIII.

4. Idem, lib. 53 Digestorum.

Fundus detracto ususfructu, legatus est Titio, et ejusdem fundi ususfructus Sempronio sub conditione: dixi interim cum proprietate ususfructum esse: licet placeat, cum detracto ususfructu fundus legatur, apud heredem ususfructum esse²⁵: quia paterfamilias, cum detracto ususfructu fundum legat, et alii ususfructum sub conditione, non hoc agit, ut apud heredem ususfructus remaneat.

5. ULPIANUS, lib. 17, ad Edictum.

Uti frui jus sibi esse, solus potest intendere, qui habet ususfructum: dominus autem fundi non potest. Quia, qui habet proprietatem, utendi fruendi iuri separatum non habet: nec enim potest ei suis fundus servire²⁶: de¹⁰ sui enim, non de alieno iure, quemque agere oportet. Quanquam enim actio negativa domino competat adversus fructuarium, magis tamen de suo iure agere videatur, quam alieno: cum, invito se, negat jus esse utendi fructuarium, vel sibi jus esse prohibendi. Quod si forte qui agit dominus proprietatis non sit, quamvis fructuarium jus utendi non habet, vincit tamen iure quo possessores sunt potiores²⁷, licet nullum jus habeant. — § 4. Utrum autem adversus dominum dunxat in rem actioni ususfructuario competit, an etiam adversus quenvis possessorem, queritur? Et Julianus libro septimo Digestorum scribit, hanc actionem adversus quenvis possessorem ei competere: nam et, si fundo fructuario servitus debeatur, fructuarium non servitum²⁸, sed ususfructum vindicare debet adversus vicini fundi dominum. — § 2. Si pars fundi ususfructus constitutur, potest de eo in rem agi, sive vindictet quis ususfructum, sive alii negat. — § 5. In his autem actionibus, quae de ususfructu aguntur, etiam fructus²⁹ venire plus quam manifestum est. — § 4. Si post item de ususfructu contestatur fuerit finitus ususfructus, an alterius fructus desinat deberi? Et puto desinere: nam et, si mortuus fuerit fructuarium, heredi ejus actionem præteriorum dunxat fructuum damnum Pomponius lib. 40 scribit. Fructuario, qui vicit, omnis causa restituenda est: et ideo, si servi fuerit ususfructus legatus, quidquid ex re fructuarium, vel ex operis suis consecutus est, possessor debet restituere. — § 5. Sed et si forte tempore ususfructus amissus est, alio quidem possidente, alio autem liti se offerrente, non sufficit, eum ususfructum iterum renovare: verum cavere quoque cum de evictione ususfructus oportet: quid enim, si servum aut fundum is, qui possidebat, pignori dedit: isque ab eo, qui [pignori] accepit, iure uti prohibetur? debet itaque habere cautum. — § 6. Sicut fructuario in rem confessoriam agenti³⁰ fructus præstanti sunt, ita et proprietatis domino, si negotiorum actione utatur. Sed in omnibus ita demum, si non sit possessor, qui agat: nam et possessori competent. Quod si possident, nihil fructuum nomine consequentur. Quid ergo officium erit judicis, [quam hoc] ut securus consequatur fructuarium fruendi licentiam; proprietatis dominus, ne inquietetur?

6. PAULUS, lib. 21, ad Edictum.

Qui de ususfructu judicium accepit, si desierit possidere sine dolo, absolvetur³¹: quod si liti se obtulit, et¹⁶ quasi possessor actionem de ususfructu accepit, damnabitur.

TIT. VII.

DE OPERIS SERVORUM¹.

1. PAULUS, lib. 2, ad Edictum.

Opera in actu consistit: nec ante in rerum natura est, quam si dies venit², quo præstanda est: quemadmodum cum stipulatur³, quod ex Arethusa natum erit.

2. ULPIANUS, lib. 17, ad Edictum.

Operæ servi legatæ capit⁴ minutiōne non amittuntur⁴.

3. GAIUS, lib. 2, ad Edictum provinciale.

In⁵ hominis ususfructus opera sunt, et ob operas mercedes⁶.

4. Idem, lib. 7, de liberali causa Edicti urbanici.

Fructus hominis in operis constitut: et retro, in⁷ fructu hominis opera sunt. Et, ut in ceteris rebus fructus, deductis necessariis⁸ impensis, intelligitur, ita et in operis servorum.

7. L. 16, supr. quib. mod. ususfr. amitt.: L. 12, 2 ult. inf. famili. erice: L. 1, 2 4, inf. SC. Silan.—8. L. 45, in pr. inf. de reg. jur.—9. L. 16, inf. de servit. præd. urban.—10. L. 125, in pr. inf. de reg. jur.—11. L. 4, C. de edendo: L. ult. de rei vind. 2 4, vers. ad. Arg. L. 2, 2 1, inf. si servit. vindic. Falcid.—12. L. 4, in fin. supr. h. t.—13. 2 ult. inf. hie.—14. L. 4, 2 2, inf. si servit. vindic. Falcid.—15. L. 27, 2 1, supr. de rei vind. 2 1, 2, inf. eod.—16. L. 5, 2 5, in pr. supr. de ususfr. Inst. in pr. h. t.—17. L. 5, 2 2, inf. si servit. vindic. Falcid.—18. L. 25, 2 1, supr. d. t.

Tr. VII.—1. Lib. 3, C. 35; et Lib. 2, Inst. 5.—2. L. 19, inf. h. t.—3. L. 2, 2 1, inf. de reg. jur.—4. L. 4, 2 2, inf. si servit. vindic. Falcid.—5. L. 27, 2 1, supr. de rei vind. 2 1, 2, inf. eod.—6. L. 4, in pr. inf. h. t.—7. L. 8, in pr. inf. eod.—8. L. 2, 2 1, inf. supr. de ususfr. Inst. h. t. add. L. pen. inf. de servit. legat.—9. Arg. L. 27, 2 1, inf. supr. de ususfr. oblig.—10. L. 4, in pr. supr. h. t.—11. L. 5, 2 1, inf. de insit. et subsit.

5. TERENTIUS CLEMENS, lib. 18, ad legem Julianam et Papiam. Operis servi legis, usum datum intelligi⁹ et ego didici, et Julianus existimat.

6. ULPIANUS, lib. 53, ad Edictum.

Cum de servi operis artificis agitur, pro modo restituenda sunt: sed mediastini secundum ministerium: et ita Mela scribit.—§ 1. Si minor¹⁰ annis quinque, vel debilis¹¹ servus sit,